

KÜLÖNFÉLÉK.

Kendy István eladományozott birtokai.

Az 1594-ben lefejezett Kendy Sándor fia, Kendy István, Erdély egyik leggazdagabb főura volt, midőn a Báthory Gábor ellen 1610-ben szőtt összeesküvés miatt erdélyi birtokaitól megfosztották. Az összeesküvésnek ő volt a feje. Magát a tervet, úgy látszik, Magyarországról hozta magával, a hol egy darabig házassága után künn időzött.¹ A fejedelem tervezett megöletése azonban 1610 márczius 20.-án éjjel Széken meghiusult, s az összeesküvők gyorsan meglakoltak.² Kendy Kassára menekült, a beszterezsei országgyűlés (1610. márczius 25-től ápril. 3.) notázta őt, s Báthory 1612-ben birtokai közül a belső-szolnoki Nagy-Debreket hívének, Eчек Orbánnak adományozta.³

Mikor azonban Bethlen Gábor került a fejedelmi trónra, a megyesi országgyűlés (1614 febr. 24., márczius 16.) visszaadta Kendynek elvett birtokait, s a fejedelem kegyelmébe fogadta őt. Ötven lóra rendelt fizetést, azonkívül több mint 1500 frtot adott neki.⁴ Tanácsúrrá tette, s bizalmával annyira kitüntette, hogy midőn 1614-ben Magyarországra ment ki, Dóczy Andráshoz tőle küldött a II. Mátyással folytatott tárgyalások ügyében levelet és fontos szóbeli izenetet.⁵ Hanem Kendy vesztére érintkezett Dóczyval, mert ez eltántorította őt Bethlen Gábortól. Csakhamar Homonnayval és

¹ Erd. Orszgy. Emlékek. V. 31.

² *Szádeczky L.* Szamosközy magyar históriás éneke. Századok. 1899. 211—25. és 310—41. *Deák F.* A széki merénylet 1610-ben. Századok. 1876. 470—.

³ Tört. Tár 1885. 309—10.

⁴ Erd. Orszgy. Eml. VII. 202.

⁵ Tört. Tár. 1885. 218—19. Erd. Orszgy. Eml. V. 428—29.

Radul vajdával konspirált féjedelme ellen, s 1615 elején Bethlen az általa támasztott nyugtalanság elfojtására hadfölkelést rendelt.¹ Majd a véletlen kezébe szolgáltatatta azokat az okmányokat, melyekből Homonnay ezélja s Kendy árúlása egészen nyilvánosságra jött. A fejedelem az okmányokat 1616 június 21.-én bemutatta az alvinezi részleges gyűlésnek s ugyanazon év végén Désnél eldölt Homonnay vállalkozásának sorsa. Kendy is elveszítette ezzel kilátásait ahhoz, hogy Erdélybe valaha visszatérhessen.² Fondorlatait azonban nem szüntette meg, s akkor is Bethlen ellen munkálkodott, midőn az győzelmes hadjárata alkalmával 1619-ben Pozsonyban országgyűlést tartott. Ilyen körülmények közt valóban reá szolgált az újabb notára. Elvett birtokaival Pozsonyban a fejedelem Haller Zsigmondot, Belső-Szolnokmegye főispánját, egyfelől épen azokért a szolgálatokért jutalmazta, a melyeket Kendy ellen tett. Harminczöt községben kapott jószágot. Köztük kilencz falut nyert, három kuriával egészen, s huszonhat helyen részjószágokat.

Az adománylevél újabban az Erd. Múzeum levéltárába került. Érdekes köztörténeti vonatkozásaiért megérdemli, hogy egész szövegében közöljük:

Nos Gabriel Dei gratia regnorum Hungariae Transylvaniaeque princeps et Siculorum comes etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: quod cum reges ac principes inter caetera officiorum munia, singularem curam et industriam in eo potissimum impendere debeant, ut eos, qui de ipsis, reque publica gentis suae benemeritos esse consuerint, aut honorum titulis, aut vero bonorum iuriumque possessionum collatione exornent evehantque; unde apud posteritates exornatorum et evectorum cum perenni memoria principum exurgant laudum praeconia: nos etiam honorificum habentes respectum illibatae fidei fideliumque servitiorum fidelis nobis honorandi magnifici domini *Sigismundi Haller de Hallerkeő* comitis comitatus Zolnok interioris, quae ipse primum quidem in aula nostra laudatissimi cubicularii munia obeundo, potissimum autem in conflictu cum Homonnaianis, quos Andreas Gombos et reliqui eius farinae homines ductabant annis superioribus ad oppidum nostrum Dees facto et commisso; postremo vero in praeterita foelicis quoque expeditione nostra contra Romanorum imperatoriam majestatem pro vindicanda legum patriarum pene oppressarum libertate suscepta, non parendo laboribus suisque fati-

¹ Székely Okltr. IV. 193—96. E. O. Eml. VII. 209—211.

² Erd. Orszgy. Eml. VII. 37, 289—95, 53, 67.

giis, nobis et his nostris Hungariae Transsylvaniaeque regnis cum omni fidelitatis constantia et clarissima nominis sui laude exhibuit et impendit, ac in futurum quoque exhibiturum et impensurum ipsum confidimus: totales igitur et integras possessiones *Lona* una cum duabus curiis nobilitaribus, quarum una deserta est ibidem, ac *Maro* et *Kend*; nec non portiones possessionarias in *Losard*, *Jeneö*, *Borsa*, *Válaszut*, *Doboca*, *Pancelchieh*, *Poklostelek* et *Also Theök* in Dobocensi; item totales pariter et integras possessiones *Saigo* et *Antos*, ac portiones possessionarias in *Cziaka Korbo*,¹ *Hagimas*, *Jariczi*,² *Keörtvelies*, *Kalna*, *Giekenies*, *Tottfalu*, *Viz-Szilvas*, *Pentek*, *Hesdat*, *Boncz-Nyres*, *Dengelegh*, *Cziobanka* et *Felső-Giekenies* in Zolnok interiori; ac in *Kecziet* et *Zaproc*z utrisque in Zolnok interiori et Dobocensi; necnon totales similiter et integras possessiones *Kodor* cum curia nobilitari ibidem, et *Also-Giekenies* ac *Pestes* et *Teörpen*, portionemque possessionariam in *Manija*³ possessionibus sic nuncupatis praeallegatoque Zolnok interiori comitatibus existentibus habitas, in quarum quieto et pacifico dominio idem Sigismundus Haller a tempore adeptionis et consecutionis earundem pacifice perstitisse et nunc quoque persistere perhibetur; quaequidem antea magnifici *Stephani Kendi de Lona* prae fuissent, sed ex eo, quod ipse fidei fidelitatisque suae, qua in primis predecessori nostro foelicis reminiscentiae serenissimo quondam domino Gabrieli Bathori alias Transsylvaniae principi, tum nobis quoque tanquam legitimis et naturalibus suis principibus obstrictus tenebatur, immemor; primum quidem non solum mala consilia adversus praefatum dominum principem fovisset; verum etiam in oppido Zeek hospitium eius nocte intempesta invadere, ac more sicario impias in eum manus injicere, nilque tale timentem (nisi providentia divina elusus fuisset), animo deliberato, interimere paratus extitisset. Tandem nobis quoque fascibus regni Transsylvaniae adeptis, gratiam et honorificum statum in aula nostra nactus, eo minime contentus, iterum ad factiosos, manifestosque hostes nostros sese transtulisset, ac contra nos gentemque et patriam suam, quae charissima ipsi esse debebat, adversa quaequam machinatus fuisset; postremo autem ceteris magnatibus et proceribus inelyti regni Hungariae pro publicis bonis salutarique patriae permansione in civitate Poseniensi generalia comitia legitime celebrantibus, idem Stephanus Kendi prioris suae perfidiae zelus cultor, inquietique ingenii genio correptus, clam et insciis nobis et regnicolis ex ipsis comitis Viennam Austriae sese transtulisset, ibique partibus imperatoris Ferdinandi adhaerendo, consilium et

¹ Csáki-Gorbó.

² Igriczi.

³ A falvak ma Kolozsmegyéhez tartozó Borsán kívül mind Szolnok-Dobokában fekszenek.

studium suum omne ad perniciem et eversionem regni vertisset et obtulisset; sicque manifeste crimen laesae majestatis aliquoties incurrendo, a dominis regnicolis perpetua infidelitatis labe notatus, praedicta omnia bona juxta veterem et approbatam regnorum nostrorum legem et consuetudinem in nos consequenterque collationem et dispositionem nostram rite et legitime devoluta esse perhibetur et redacta: totum item et omne jus nostrum regium, si quod in praecallegatis possessionibus, curiis nobilitaribus, portionibusque possionariis etiam aliter qualitercunque existeret et haberetur; aut eadem et idem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent collationem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis (stb. a szokott stílusban), generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem et idem de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, memorato Sigismundo Haller, haeredibusque et posteritatibus ipsius primum quidem masculini, illis vero deficientibus vel forte non existentibus foeminei, ac illis quoque sublatis etiam legatariis utriusque sexus universis gratiose dedimus, donavimus et contulimus, prout damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum, salvo jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas Nos in formam privilegii nostri redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportatae. Datum in libera regiaque civitate Posoniensi, die decima quinta Januarii, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo.

Gabriel mp.

(L. S.)

Simon Pechy

cancellarius mp.

Caspar Beöleöny secr. mp.

Kivül: Lonarol és Kodorrol valo donatiom, legatariusimra is.

Sigismundus Haller mp.

(Eredetije papiron, Bethlen Gábor papirba nyomott nagy fejedemi pecsétjével az Erd. Múz. levéltárában).

Közli: *Kelemen Lajos*.

„**Egyetemes irodalomtörténet**“. Nagyszabásu munka indult meg, melyet jeles munkatársak közreműködésével *Heinrich Gusztáv* szerkeszt s a vallás- és közoktatásiügyi m. kir. miniszter támogatásával a Franklin-Társulat ad ki. Minden egyes kötet 720 lapnyi terjedelemben, választékosan és gazdagon illusztrálva jelenik meg. Egy-egy kötet ára fűzve 16 korona, díszes kötésben 20 korona. Az egész ötkötetes mű ára fűzve 80 korona, díszes kötésben 100 korona. Az első kötet megjelent és minden könyvkereskedésben